





L. R. B. V.
POSITIONUM JURIS FEUDALIS
Exercitatio Quarta

M/ 1843
5 db

DE
FEUDIS
IMPROPRIIS,

Quam
PRÆSIDE
CASPARE HEINRICO HORNIO,
J.U.D. Pandectarum P.P. atq; Collegiorum
Juridicorum, quæ hic sunt, Adfessore,

D. XIX. Augusti MDG XCIII.

In Auditorio Jctorum

publice defendet

GEORGIUS REÜSNER,

Cibiniô J. S. Transylvanus.

7.



VVITTEBERGÆ, Prelo Goderitschiano.



POSITIONUM JURIS FEUDALIS

AUCTORIS QUINTINI

DE

FEUDIS

IMPERIALIBUS

TRACTATE

CASPARI HEINRICO HORNIUM

M.D. Pandectarum P. Acad. Collegiorum

Judiciorum quaestiones et solutio

1794. M.D.CXCIII.

In Auctione Publica

publice detentae

GEORGIUS REUSNER

Civilis P. S. Thesaurus



VITTEBERGAE, Pisco Gebhardiano





I. N. D. N. J. C.

I.



Feudum improprium 'quid sit, ex illis colligi potest, quæ dicta à nobis. Ex. II. Th. I. & VI. ubi pactis inter Dominum & Vasallum initis Naturalia Feudi tolli vel immutari, & sic Feudum improprium effici dictum est. Sunt qui arbitrantur præter pacta, & Juris dispositione Feuda impropria fieri posse: argumento I. F. 2. 2. F. 10. Vultei I. F. 8. n. 38.

Sed hisce textibus non præcipitur, ut Feudum Soldatæ &c. ad hæredes ne transeat, sed exponitur saltem quomodo ejusmodi Feudum vocetur, quid sit, & quid Juris circa illud. Dn. Thomas. de Feudis oblati part. 1. §. 40. Planè si eo intuitu Legem in partem vocare velis, quatenus in ordine ad tale Feudum permissivè se habet, non habebis nos refragantes. Sed ita assertio hæc de omni Feudo improprio poterit prædicari. Illud obiter notamus, divisiones illas Feudorum in Antiquum, & Novum, Seculare & Ecclesiasticum, Nobile & Ignobile &c. cadere etiam in Feuda impropria.

II. Feuda impropria in omnibus communem Feudorum naturam retinent, iis saltem exceptis, quæ vel pacto aliter expressè cauta, vel ex his per necessariam consequentiam elici possunt. 2. Feud. 48 juncta L. 27. ff. de pactis. L. 28. §. super omnia. D. eod. L. 31. C. de Transaction. Rosentb. de Feudis cap. 2. concl. 54. Schraderus p. 2. c. 4. in fine.

III. Facimus cum illis, qui Feudum *Fæmininum* illud vocant, de quo *fœmina* primum investita sive quod in *fœmina* acquirente primas radices egit. I. Feud. 30. 50. 104. Carpz. Cap. 3. Const. 28. def. 10. n. 2. Sicuti è contrario masculinum rectè dicitur, de quo masculus primum est investitus. argm. 2. F. 11. 2. F. 50. Putamus sic abesse à vero illos, qui personam concedentem in hac distinctione respiciunt. Conf. Rosentb. cap. 27. concl. 38. n. 15. Knichen. de vestiturarum paction. p. 1. c. 3. n. 17.

A 2

IV. Feudum

IV. Feudum à masculo acquisitum cum pacto, ut foeminae succedant, manet masculinum. *Argm. 2. F. 11. 2. F. 50.* Tale Feudum Archiducatus Austriae est. *Limn. Lib. 5. Jure publico. cap. 2. n. 30. 31. 32.* Genus hoc Feudi secundum principia Juris feudalis Longobardici Feudum foemininum proprie dici nequit. Ulu tamen ob effectum cum Feudo foeminino proprie sic dicto communem invaluit, ut & hoc, & alia feuda, quae successione ad foeminas devolvuntur, ut Hereditaria, Franca, foeminina, vulgo *Weiber-Lehn* dicantur. *Knichen de Vestitur. pact. cap. 3. n. 24. Rosenthal. cap. 2. qu. 7. n. 1. Hartm. Pist. qu. 34. n. 18.*

V. Si foeminae feudum concessum cum pacto, ut tantum filii succedant, vel Feudum, quod antea fuit masculinum de novo concedatur, est einem rechten Mann-Lehn: Feudum illud ratione originis foemininum est quidem, effectu tamen masculinum, *Rosenthal. c. 7. concl. 36.*

VI. Feudum in dubio masculinum, non foemininum praesumitur, quoniam credibile est, juri communi se accommodasse constituentibus. *argm. l. 8. C. de Evid. Knich. de vestiturarum paction. pact. 1. cap. 3. n. 18. Rosenthal. cap. 2. concl. 33. n. 9. 12. Conf. Thes. VIII. Exerc. III.* Scilicet quia Feuda ob servitia militaria dantur, foeminae a. ad haec praestanda non habentur habiles: non praesumendum Dominum inhabili Feudum concessisse. *vid. Borcholt. Disp. 5. Feud. Lit. C.* Caeterum si sciens Dominus foeminae Feudum concessit, hanc gratiam fecisse videtur, ut per substitutum possit servire. *II. F. 23.*

VII. Feudum pro se & haeredibus concessum manet masculinum, & foeminas nunquam admittit. Heredum enim voce in jure Feudali tantum habiles intelliguntur. *I. F. 13. 2. F. 23. I. F. 8. 2. F. 34. Rosenthal. cap. 2. concl. 33. n. 9. & 12. Knichen. de vestiturar. Paction. P. 1. c. 3. n. 18.*

VIII. Si masculus & foemina simul investiti sint, ut fit in casu *2. F. 85. & 104.* Feudum mixtum quibusdam dicitur. *Hartm. Pist. qu. 34. p. 2.* Sed si rem penitus consideremus, non nova Feudi species, sed potius duo Feuda concessa sunt, unum masculinum, alterum foemininum. *Conf. Struv. cap. 4. Th. 17. Carpz. disp. feudali 2. Th. 4.* Modum hic succedendi illum agnoscimus, quem tradit *Dn. Strykius c. 4. qu. 12.* Addimus illud saltem, quod si ex Investitis mas aut foemina sine haeredibus decesserint, pars defuncti ad Dominum redeat, *2. F. 85. & 104.* nisi aliud actum *Struv. d. l.*

IX. Feudum emptitium improprium non est. *Struv. cap. 4. th. 15. n. 2. Conf. Exercit. 2. th. 14.*

X. Feudum

X. Feudum vero Pignoratitium, quod quale sit Jll. Dn. Stryk. qu 15. docet, rectè ad impropria refertur: quoniam non hâc intentione datum, ut perpetuò apud Vasallum sit, sed tamdiu saltem, donec Dominus premium restituerit. *argm. II. F. 23. & I. 6. D. de pign. Wurmser de Feudis improp. sect. 7. n. 7. Schr. p. 2. cap. 4. n. 57.* Perpetuitatem enim qui & hisce Feudis pacto inducere vult, aut nihil agit, aut aliud quàm Feudum pignoratitium constituit. Intellige vero absolutam: nam restricta certo modo utique in hæc Feuda cadere potest. §. 21. 22. c. 2. *Disp. de Feud. Pignor. sub D. Stryk. hic Wittenbergæ habitæ.*

XI. Accedimus illorum sententiæ, qui opinantur, pignoratitiū Feudi in jure Feudali Longobardico nullibi fieri mentionem. *Conf. Illustr. Dn. à Rbez. II. F. 11. d. Dissert. de Feudo pignoratitio cap. I. §. 6. Textus I. F. 4. §. 4. I. F. 27. 28. I. F. 11. nihil facere ad rem præsentem, datâ occasione, conflictus docebit.*

XII. Feudum pignoratitium ad foeminas transire, & sic hoc intuitu quoque in proprium esse volunt multi. *Rauchbar. p. 1. q. 37. Carpz. pag. 3. cap. 28. def. 10.* Quâ de re, si expressè actum est, facile nos habebunt consentientes. Sanè *Rosenthalius* ejusmodi literas investituræ se vidisse testatur *c. 2. concl. 77. n. 3. in Gloss. lit. A.* Si verò de foeminae successione non actum, putamus regulam *Thef. 2. traditam* invenire locum. Interim hoc facile largimur, pecuniam, cujus nomine pignus in Feudum datum, tam ad filias, quàm ad alios heredes allodiales pertinere, hisque etiam jus quoddam in rem istam competere, non tamen jus Feudi, d. jus pignoris. Quo positò tamdiu retinere possunt istam rem, quamdiu Dominus non solvit pecuniam, vel successor feudalis non cavet de eâ restituendâ. Quæ de consuetudine generali Doctores quidam asserunt, in facto consistunt, & egent probationis. *Conf. Dn. Rbet. I. F. 11. n. 5. Dicta dissertatio cap. 3. n. 11. seqq. de Feud. Pign.*

XIII. Non confundendum est cum Feudo pignoratitio Feudum oppignoratatum, quando scil. à Vasallo in Feudo suo hypotheca vel pignus consensu Domini, & Agnatorum, vel simultaneè investorum constituitur. Jus hoc reale, quod creditor hâcce ratione in Feudo nactus est, minime est Feudale, sed merè allodiale. Atque adeo foeminas huc succedere, omnesque alios heredes allodiales, testarique Vasallum de tali jure posse &c. nullum est dubium. *Rauchbar. art. 1. qu. 37. n. 5. Schrader. p. 2. cap. 2. n. 26.* In Saxonia tamen Electorali ad cessionem ejusmodi

modi hypothecæ feudalis consensus Domini requiritur. *Philippi observatio*
5. ad Decif. 28.

XIV. Feudorum oblatorum in Jure nostro Feudali nullibi fit
mentio: *Textus 2. F. 17. 2. F. 54.* huc trahi non posse, doctè ostendit
Dom. Thomaf. dissert. de Feud. oblatis §. 3. seqq. Colligimus inde eo ævo
quo compilatio Juris hujus facta nondum adeo, præsertim in Italia, in-
notuisse hoc genus beneficiorum. Quæ Hertius in *Dissert. de Feud. obl.*
P. 1. th. 4. 5. exempla adducit pauca sunt, & ad Italiam non pertinent, uni-
co excepto Berengarii scil. de quo Regino L. II. a. 952. scribit: *illum*
cum Filio su Adalberto regie se per omnia in Vasallitium dedisse dominationi,
Italiamque iterum dono & gratia Regis (Ottonis I.) accepisse re-
gendam.

XV. Hodie in Germania magna horum Feudorum copia est, qua-
rum origo potissimum ad ea tempora referenda, ubi diffidationes in usu
erant, da das Faust und Stegreiffen Recht in schwange gieng/quibus
solenne erat, ut qui viribus diffidebant, potentioribus bona offerrent, &
deinde ab iis ut Feuda promissa mutuo fide reciperent, tutelaq; eorum
& patrocinio contra adversarios fruerentur. Non negamus & alias ob-
causas Feuda oblata esse nata, quas exequitur *Hert. d. l.* & in ordinem re-
degit *Dom. Thom. §. 13.* sed frequentissimam illam esse, quam indicavi-
mus, monumenta docent. Exempla varia & illustria penes laudatos Au-
tores aliosque passim exhibentur. *Conf. Diss. sub Pres. D. Strykii ha-*
bita: de Feudis Pomerania, quæ omnia, imo ipsos Ducatusq; Pomeraniæ
Feuda oblata ibi dicuntur.

XVI. Feuda hæc oblata, postquam introducta sunt, secundum dato-
rum, & quidem priorum naturam æstimanda, imo propria esse nul-
lum apud nos dubium. Nam & primo beneficium est, quod accipiendo
rem & investiendo recipiat Dominus offerentem tanquam Vasallum in
tutelam. Deinde non de re aliena, sed de re propria quoque investit
Fidelem suam. Quæ res minus dubii habet, si res verè tradita sit Domino
ab offerente: nam sic pleno jure dominium ista datione (quæ & causam
simul tradendi, & titulum tacitum continere potest *L. 1. ff. de donat L. 35.*
§. 1. Cod. de M. CD.) in Seniores translaturum, cujus particula Dominium
utile sc. iterum postea confertur Vasallo. Sed & idem dicendum est, li-
cet res verè tradita non sit, & possessio naturalis semper manserit penes
Vasallum. Necessè enim est, supponamus cum titulo expresso vel tacito
fictam

fictam traditionem, eam sc. quæ brevi manu fit: nam aliàs nec Dominus dominium directum nancisci & retinere, nec Investiturâ dominium utile in novum Vasallum transferre potuisset. Hinc patet, malè à quibusdam dici, Dominum investire hîc de re alienâ: nisi à *va* *Φορνω*s relatione ad id quod res fuit, accipiant vocem. Porro id inde sequitur, omnia illa; quæ de Feudo proprio dicuntur, etiam locum habere in Feudo hoc oblato. *D. Rbez. i. F. i. pag. 49.* idque quod Doctores in ore habent, mitius cum hisce Vasallis agi, quam cum aliis *Besold. p. 2. conf. 57. n. 83. Itter de Feud. Imperii. c. 1. §. 12.* de benignitate Dominorum, non de necessitate accipiendum esse. Quod nec agrè ferre Vasallus potest, cui integrum fuit sub initio rem non offerre, & abstinere à Vassalica qualitate. Plane si pactis l. jure scripto a. non scripto peculiari aliud quid hac parte conventum vel receptum, id merito locum obtinebit.

XVII. Pactum oblationis & acceptationis quàm maximè putamus differre à contractu Feudali postea inter dominum & Vasallum inito, sequenteque traditione.

XVIII. Non putamus illos errare qui personato illi *Severino de Monzambano* elegantiss. & prudentissimo alioquin Scriptori, hanc tributaria illorum oblatione derivet. Quod si n. verba *c. 3. §. 4. de Statu Imperii Germanici.* Sed qui bona jam antea *parta & c.* penitus trutines, non aliter poteris sentire. Ipsa verò illa sententia meritò notatur à *Dn. Kulpiso in Notis ad b. l. & D. Ittero de Feud. Imp. c. 1. n. 12.*

XIX. Ad quæstionem: utrum res oneribus publicis subjecta possit in Feudum offerri? respondebimus breviter: eatenus id fieri posse, quatenus fraus non fit Domino territorii vel Jurisdictionis. Ex quo sequitur hanc oblationem & infeudationem non id efficere, ut res libera ab oneribus publicis fiat, nisi Principis voluntas, cui pacta cum subditis non refragantur, accedat: *Conf. Rbez. i. F. i. n. 31. seqq. Dn. Thomas. d. diss. cap. 11. §. 10. Hertius d. i. p. 2. §. 18. p. 78.*

XX. Bona allodialia immediata Civibus Imperii immediatis in Feudum offerri posse etiam sine consensu Imperatoris, Praxis Imperii docet, *c. 4. 39. Cap. Leop.* Illustre exemplum præbuerê *Henrici Ferrei* Comitis Waldeccie Filius Nepotesque, qui Comitatum Waldeccensem a. 1431. 1438. *Ludovico* Landgravio Hassie in clientelam dedere. Sed cum postea Landgravii immedietatem & jus voti ac sessionis in Comitibus Waldeccis in dubium vocare

vocare, & feudalem obligationem in omnimodam subjectionem convertere vellent, longæ hinc lites ortæ, quæ hoc demum seculo transactionibus tabulis Westphalicæ Pacis firmatis compositæ demum sunt. *I. P. O. a. 15. Lund. T. II. L. 6. c. 120.* Extant hac de re varia scripta publica.

XXI. Nec Princeps Imperii nec alius Vasallus Feudum quod possidet sine Domini consensu alteri offerre potest, ut in postearum pro subvasallo habeatur. Argumentum enim à subinfeudatione ad talem obligationem non procedit. *D. Thom. d. l. p. 2. §. 13. Itter. de Feud. Imperii cap. 12. §. 4.*

XXII. Bona allodialia Imperii immediata civem Imperii, licet Status sit, non posse extraneo sine consensu Imperatoris & Electorum offerre arbitramur ob ea quæ habet *D. Thom. d. l. §. 35. diff. D. Struv. de Feud. oblat. cap. 3. §. 9.* Neque enim putamus subditum Status Imperatori vel alii Statui posse sua bona in Feudum offerre sine Domini territorii consensu expresso vel tacito. *a. 3. Cap. Leop. & a. Conf. D. Thom. d. l.*

XXIII. Feudum oblatum respectu offerentis & primò iterum accipientis novum utique est, atque hinc ejus collaterales in successione excluduntur, nisi aliud actum, & jure antiqui concessum: respectu autem descendentium offerentis, & primò iterum acquirentis, si ad hos pervenit antiquum sine dubio est. *Rof. cap. 2. concl. 24. Schrad. II. III. 63. Hertius d. l. pag. 2. §. 37.*

XXIV. Non extat quidem in jure Feudali textus, qui de pecuniâ in Feudum datâ commode possit explicari. ad *II. Feud. 25.* respondebimus. Interim datio pecuniæ in Feudum nullibi prohibita ac moribus sine dubio probata est. *Köppen decis. 18. n. 13. Carpz. p. 3. cap. 30. def. 10.* Nec repugnat analogiæ juris Feudalis, pecuniam vel aliam rem consumptibilem in Feudum dari, non quidem quatenus talem, sed quatenus morali æstimatione interpositâ promissione de ea restituenda finito Feudo, et si Dominus exigat, cautione præstitâ, pro immobili & non consumptibili haberi potest. *2. F. 1. II. Feud. 20. ibi qualibet re §. 2. Instit. de usufr. Conf. dicta Exercit. II. Thes. II.* Atque cum sic id genus Feudi essentialia Feudi & naturalia habeat, non video quid obstat, quo minus ad Feuda propria referri possit. Nec est, quod defectum Domini directi ob rei consumptionem urgeas, cum jus exigendi cautionem & condicendi pecuniam Domini directi vicem subire possit, eodem ferè modo, quo jus illud proprietatis loco est in quasi usufructu *L. 5. §. 1. D. de usufr. ear. rer. Vinn. ad §. 2. J. de usufr.*

XXV. Patet

XXV. Patet sic in pecunia Feudum constitui posse, si vel 1.) Dominus pecuniam ipsi Vasallo det, & accipientis faciat, sive 2.) Dominus pecuniam tertio sub usuris credat, ut inde redditus solvantur Vasallo, hypotheca constituta sive non. 3.) si Dominus pecuniam aut suam, aut oblatam à Vasallo retineat, & certos redditus Vasallo solvat. *Conf. Const. 30. P. III. ibique Carpz. Struv. c. 4. tb. 2.*

XXVI. Caret dubio Domini voluntatem accedere debere, si in pecunia Feudum constituendum: quæ voluntas cum facti sit, pecunia in dubio allodialis potius quam feudalis præsumitur. *Struv. d. l. Equidem Carpz. in ea est opinione, non quoslibet Dominos Feudi, sed tantum qui Regiâ dignitate præfulgent, naturam pecuniæ feudalem efficere posse; nisi præter hos quis tempore ad præscriptionem habili hoc jus ac quisiverit. Quâ in re multos habet consentientes, qui à Dn. Struvio c. 4. tb. 3. recensentur. Sed quia assertum hoc tum textu, tum ratione destituitur, contrarium cum Illustri Dn. Rhetio nobis placet. 1. F. 1. n. 39. § 40. Præjudicia à CZ. allata pro illius sententia nec quicquam efficiunt: Sicut & nec argumentum, quod Dom. Menckenius Disp. XXV. Gymn. Polemici Tb. 10. ex §. 2. 7. de usufr. petit momentum nobis aliquod afferre videtur. Illi enim sic vis inesset, pari ratione concludere possent, neminem privatorum, sed solum Senatam Rom. anum quasi sumfructum constituere potuisse. Quod tamen nullus forte admittet Jctorum. Plura certamen suppeditabit. Hic breves esse oportet.*

XXVII. Pecunia ex Feudo redacta Feudalis non est. *Carpz. p. 3. const. 30. def. 1. Ex. 3. tb. 14.* Sed finge inter agnatos conventum esse, ut pecunia ex Feudo redacta feudum sit vel pro tali habeatur, aut 2. ut pecunia ex Feudo redacta ad solos successores feudales pertineat exclusis allodialibus heredibus, vel quod perinde est, ut instar Feudi in pecuniâ istam succedatur, aut 3. utrumque placuisse. Priori casu pecunia non fit feudalis, quia sine Domino Feudum ex allodio constituitur & esse nequit, *II. F. I. §. sciendum.* Nec Juramentum, accedens fortè, id efficere potest, ut deficiente Feudi Essentia Feudum sit. Hinc nec ad Dominum, nec ad Agnatos, sed ad heredes allodiales pertinet. Altero casu pactum valet non quoad Dominum, sed quoad Agnatos. Tertio casu duo sunt pacta, & licet prius in utile sit, alterum tamen per id non vitatur. *Struv. c. 4. tb. 6. n. 3. Rosenth. c. 4. concl. 8 n. 6.* In Pomeraniâ pecuniam ex Feudo redactam feudalem esse docet *Dn. Rhetius 1. F. 8. p. 320. C. CZ. p. 3. c. 3. d. 3.*

B

XXVIII. Feu-

XXVIII. Feudum Francum neutiquam est, si servitorum in Investitura nulla facta mentio, *Wurms. de Feudis impr. cl. 3. 9. n. 8.* Immo si Feudum Francum apertum ad Dominum redeat, istudq; Dominus denuo alicui concedat, neutiquam putamus, Vasallum immunem esse à servitiis. *vid. Disp. nostra de Feudo Franco th. 14.*

XXIX. Feudum censuale à re censitica in eo differt, quod in illo possessor tantum habeat dominium, ut de, & fidem debeat domino. *Ex. 11. th. 19. seq.* Ad hoc genus Feudi illa quoque in hisce terris referenda sunt, *die an statt der Ritter-Dienste gewisse Schocke versteuren.* Eodem modo huc pertinent illa Feuda, quæ *Chur-Mede-oder Haab-Güter* / vocari solent. *Rosent. cap. 2. concl. 64. Rhez. 1. F. 12. n. 41.*

XXX. Nullum dubium est, quin illa Feuda quæ loco servitorum laudemium solvunt, impropria sint. *Wurms. de Feud. impr. cl. 6. sect. 18. n. 24.* Quod si a. præter servitia laudemium exsolvendum, Feudum hoc laudemiale idè improprium non est, ob ea, quæ *Thes. 2.* dicta.

XXXI. Feuda Gvardiæ & Gastaldiæ impropria Feuda sunt, quia 1. ad certa servitia data, 2. non in perpetuum dantur, sed ad certum tempus, quo exacto revocari possunt. *1. F. 2. 4. §. 3. & 11.* Non negamus quidem in perpetuum hæc Feuda quoque dari posse: nihilominus tamen impropria manebunt, cum prima ratio adhuc superfit. *Schrad. p. 2. c. 4. n. 31.* Cæterum, quando semel constat, aliquem fuisse Gvastaldium, vel Gvardianum, omnia Feuda, quæ ab eodem Domino possidet, præsumuntur ob Gvastaldiam & Gvardiam data, nisi probet, se rem ut proprium Feudum possidere. *1. F. 2. §. 1. ubi Bitsch.*

XXXII. Feudum Cancellariæ illud est, quod ob officium Cancellariæ loco salarii datum est. Quando a. de ipso officio Cancellariatus aliquis est investitus, illud Feudum conditionatum, quod alias *Hoff-Lehn* vocatur, dici solet. *Schrad. de Feudis p. 2. c. 4. n. 24.*

XXXIII. Feudum Aperturæ potest eità quis habere in alio territorio, sicut Feudum aliud in alieno territorio esse potest. Immo non infrequens est, Principes & Ordines Imperii Jus Aperturæ in aliis territoriis, ubi Superioritatem non habent, titulo allodiali possidere. *Vid. Wehn. T. P. voce: Öffnung Magn. Dn. Fritsch. de Jure Aperturæ c. 2. n. 7.* Non itaque semper hoc Jus Superioritatem, sed interdum servitutem infert. *Vitriar. Inst. Jur. Pub. Lib. c. 3. l. 19. n. 120.*

XXXIV. Distinctio Feudi in mere hereditarium atque ex pacto & providentia *κατὰ τὸ πῆλός* in jure Feudali non habetur: reperitur tamen passim

passim apud Dd. & primum quidem apud Pileum & Bulgarum. Analogiæ
Juris Feudalis sanè non est adversa, cum liceat pactis naturam Feudi quoad
successionem aliaq; imutare. *l. F. 2. pr. 1. F. 50. pr. 1. b. 1.* In explicatione a. Feudi
hereditarii Dd. mirè variant, atque eo deveniunt multi, ut prout D. Augu-
stus Elector Saxoniae in dem *Torgauischen Aus-Schreiben* de anno
1583. graviter conqueritur, Feudis hinc planè qualitatem Feudalem de-
trahant, & ex illis allodia faciant. Res tamen tota ex plurimorum sen-
tentia in eò consistit, quod differentia Feudi ex pacto & providentia &
Feudi hereditarii à diversa succedendi ratione dependeat, inque illud suc-
cedatur secundum Jus Feudale jure sanguinis primo acquirenti; in hoc
a. secundum jus allodiale, vel jure cognationis, vel jure dispositionis mor-
tis causa ultimo possessori. Feudum itaque hereditarium illud erit, in-
quod succeditur jure allodiali, s. quod contra naturam communem
Feudorum quoad successionem & ejus effectum pro re hereditaria & in-
separabili à reliqua hereditate reputatur. Hinc fluit successorem repu-
diata hereditate non posse retinere Feudum, Vasallum de tali Feudo te-
stari posse, venire illud instar rerum hereditariarum in hereditatis
petitionem, imputari posse in legitimam filio, Vasallum etiam sine con-
sensu agnatorum id alienari posse. *Hartm. Pist. P. 2. qu. 1. Cz. P. 2. C. 47.*
d. 1. In cæteris autem quæ non successionem, d. Domini personam re-
spiciunt, Feudum tale propriam naturam retinet. Hinc Vasallus sine
Domini consensu id alienare nequit, nisi & hoc specialiter concessum,
quod tum factum esse volunt, quando datum als ein eigenthumblich
Gut. *Wehn. in voce Erb-Gut. Struv. c. 4. aph. 13.* Atque tale feudum
quod tam ratione alienationis, quam ratione successionis secundum Jus
Allodiale concessum à quibusdam *feudum mere & absolutè hereditarium*
dicitur. Illud vero quod tantummodo quoad successionem naturam allo-
dii imitatur, hereditarium sine addito solet vocari. Sed non desunt qui hanc
Speciè Feudi mere hereditarii nomine dignentur *D. Stryk. T. 4. seq. 45.*
XXXV. Formulâ hac: *pro se & heredibus quibuscunq;* concessum Feudum
hereditarium esse, & quidem quoad successionem tale, pleriq; agnoscunt.
Aliis tamen formulis id etiam fieri posse nemo dubitat. Quænam autem
illæ sunt, anxie disputant Dd. uti videre est *ap. Hartm. Pist. loco alleg.*
Communiores recenset *Struvius loco alleg. & Rbez. l. F. 8. p. 344.* Plu-
rimum tamen hac in re tribuendum est arbitrio Judicis, qui æstimare debet
ex literis Investituræ, an & in quantum, Feudum sit hereditarium nec ne?

XXXVI. Quidam differentiam Feudi hereditarii & ex pacto & providentia in vocabulo *heredis* quarunt, eoque expressè volunt esse Feudum hereditarium: è contrario si filiorum, posterorum aut familiae facta mentio, Feudum ex pacto & providentia. *Vultei. 1. F. 8. n. 23.* Imo nonnulli latius progrediuntur, & ea Feuda quæ Vasallo für sich / seine Männlich Leibes Lehn Erben concessa pro hereditariis venditant, ex quibus potissimum sunt *Hartm. Pist. p. 2. qu. 3. CZ. p. 2. C. 27. de c. 2.* Verum quia Vocabulum heredis non tantum, quando à jure feudali usurpatur, sed etiam quando ab homine in literis Investituræ expressum, heredem vel successorem Feudalem, *Lehnfolger* significat *1. F. 17. § 34. 2. F. 26.* verbaque secundum subjectam materiam explicanda: contraria opinio verior videtur, præsertim cum posteriori casu vocabulum heredis non absolute, sed cum restrictione adhibeatur. *Gail. L. 2. to. 155. Modest. Pistoris. V. 2. Consil. 47. Struv. cap. 4. Th. 13.* Cui accedit, quod & alias Feudum in dubio proprium esse præsumatur. *Mynsinger Cent. 4. obs. 2.*

XXXVII. Aliud est concedere Feudum hereditarium, vel ex Feudo proprio facere hereditarium ein Erblehn verleihen: aliud concedere rem allodiam, vel Feudum transmutare in allodium, ein Gut vererben. Priori casu res manet feudalis, nisi in quantum qualitas feudalis per pactum immutata. Posteriori vero casu Feudum planè expirat, quæ res dici solet appropriatio. *Gail. 1. to. 158.*

XXXVIII. Feudum de quo *D. Stryk. q. 50. Tit. 4.* agit non ratione personarum succedentium, quarum intuitu proprium est, sed tantum ratione modi succedendi allodii naturæ accedit in eo, ut successor simul cogatur esse hæres, & defuncti facta debeat præstare.

XXXIX. Cum Dd. non conveniant, utrum Feudum concessum pro se & suis heredibus hereditarium sit nec ne, tertia sententia nata est eorum, qui Feudum hoc modo datum pro mixto habent. *Vid. Vultei. 1. F. 8. p. 30.* Verum juxta dicta *Th. 38.* Feudum tale reverà proprium est, & licet ita primitus concessum interdum mixtum dici possit eo sensu, quo *Jl. Dn. Stryk.* quæstione 50. Feudum mixtum definit: id tamen tum demum contingit, quando in tali feudo filius Patri succedit, quod non ab voce heredis fluit, sed dispositione sit juris Feudalis *H. F. 45.* Quando autem illud ab agnato in agnatum devolvitur, nullo modo mixtum dici potest.

F I N I S.

Wittenberg, Diss., 1693

ULB Halle
003 586 286



3

L

Sb.

V017





